Voluntas certo sola huius Regni
nostri Domina erit: Reliquę po
tentię pedisequę putabuntur. Neq;
ultra dictas rationes) longe ab
heresi est: dicere uoluntatem nō
esse per se liberam: Adquid q̊q;

neq; sanctus Thomas: neq; ullus alius quesiuit umq̃ an ratio cō pelli potest: Sed an uoluntas. dicūt q; omnes eam solam contingent ferri ad omnia obiecta: Neq; dissentit in hoc ullus: Preterq̃ de summo bono: quod quidam dicunt: ut necessario uelit. Hec sunt signa: Q; siqua in nobis libertas est: ea sit in uoluntate. Vnde Rationibus. experimento: fideiq; nostre repugnat: Siquis uolūtatem nostram non esse liberā dicat: uoluntas itaq; subiicitur [illegible]: Atq; his quorum nos domini sumus: Voluntas utiq; est dominationis principium:-

Octauianus: Compellor his iam
adherere: Sed cur dicimus inter
dum arbitrium nos habere liberū
cum arbitrari sicut & opinaī aut
iudicare sit rationis actus: Fede
ricus: Humanum iuditiū siue
arbitrium liberum est et ut p̄
cedit uoluntatem. & ut sequit̄
eandem: Data enim ab intellectu
sententia hoc quidem ēē melius:
id uero deterius. Voluntas libera
est ad prosequendum deterius: atq;
ad non uolendum melius: aut
certo ad standum indiferenter.
Vnde Medeam illam sexto libro
metamorphoseos Ouidius intro-
ducit sic dicentem. Video membra

proboq; . deteriora sequor · preclara certo uctraq; sententia : Liberum itaq; est nostrum arbitrium : quia ueluti scire ita et iudicare bonũ : non facit nos esse bonos : sed id acceptare & uelle . Liberum itaq; arbitrium : est libera iudicii electio siue acceptatio · Est quoq; arbitrium ut sequitur uoluntatẽ liberum / iudicamus enim uel id saltem possumus pro ut uolumus · Qualem enim quisq; uoluntatem habet : talia et dicit : cogitat · & operatur : Atq; hoc est id quod ecclesiastici quintodecimo dicitur . Abinitio fecit deus hominem & dimisit eum ĩ ma

nu consilii sui : Idest dimisit ei
potestatem et libertatem sequi.
aut fugere consilium siue Ra
tionis arbitrium. Vnde & sub
dit. Apposui tibi aquam et ignē
hoc est uarias Rationes contra
riasq; : Ad quod uolueris appo
ne manum tuam: hoc ē quam
tibi placet sponte sequaris sentē
tiam: Octauianus Optime id qdē

PROBATVR. HIC VOLVNTA-
TEM. ET HOMINI. ET TOTI
PRAEESSE. ORBI. SCIENTIAQ;
DEI CAVSAM. PROPRIE. RERV
NON ESSE. CAPLM XIum :-

:· Federicus :·

SIC quoq; arguere possum⁹ in toto vniuerso summus primusq; Rex Deus ipse est. Isq; gubernat omnia: Qua uero i potentia nisi uoluntate? Quecūq; enim uoluit fecit. Neq; ullus sue uoluntati resistere potest. Sicuti autem sehabet imagno sic profecto & in Microcosmo. Imperabit itaq; uoluntateq; cūctis potentiis subiectis dominabit anima: Quo enim primus ꝑe Rex eo et qui subsunt (si ꝑditi sint) inferioribus presunt. Ipse uero cuncta disponit: Sibi .n. dicitur: Domine in voluntate tua: uniuersa sunt posita. Estq;

omnium Theologorum sententia
Primam totius creaturę diuinā;
uoluntatem esse regulam. Estq,
Deo intellectus: At uoluntate i
princeps uocatur: Cur igit hō
ratione dominabitur;: Octaui
anus: Dicimus deum omnia ī
sapientia fecisse: Atq, scientiam
dei rerum causam: etiam peri
patetici cum nostris tenēt The
ologis: Quo uero est causa: eo &
prima causa. eo profecto & om
nibus pręest. Atqui scientia &
sapientia ipsa: ad intellectum
spectant: Federicus Scire ip;
acutissime vir, efficere quid po
terit: Aut enim Res fit anteq

ſciatur: et ſic poſterius non erit
prioris cauſa. aut dicis: ut poſtq̄
ſciuerit efficiat. Sed id non ui-
detur. Poſita enim naturali cā
ponitur & effectus. Scire uō
cum non ſit liberum: erit na-
turale agens. Scita autem ſūt
ab æterno. temporaliter autē
cauſata omnia: Si quis uero di-
cat: Poſita ſcientia: creaturas
quoq; Poſitas fuiſſe ab eterno:
Veluti poſita luce ponitur Ra-
dius. Data circumferentia da-
tur et centrum. Id primo erro-
neum fideiq; contrarium pat;:
Deinde non deficit Ratio ſciē-
tiam dei cauſam rerum eſſe.

non ualere: Est enim scientia ꝙ
omnis/ alicuius de quopiam. Id
autem cuius quippiam est: atq;
id de quo aliquid est. prius opō
tet sit illo: At scientia dei de quo
dam scitu apto est. Scibile aūt
aliquo saltem signo scientiam
precedit. Nil uero quouis mō
posterius: Prioris causa eē pōt.
Creature ut patet scibiles sunt.
nulla itaq; scientia effici ualēt:
Octauianus: Quo pacto se ha
bent creature ad scientiam dī.
efficiunt nec ne illam? Ex co
gnito enim & cognoscente gi
gnitur notitia;: Federicus:—
Scibilia trifariam distingui pos

sunt. Sunt enim quedam que mouent nec tamen terminãt scientiam: hoc est mouent ad intelligendum. nec tamen per eiusmodi motionem ipsa mouẽtia intelliguntur. Terminare .n. scientiam. nil aliud est q̄ sciri. Eiusmodi uero est ipsa intelligibilis species: que mouet intellectum: non quidem pro se: Sed pro re quapiam extra: Atq; imago Cæsaris in Cesaris notitiam ducit. Quedam uero terminãt: nec tamen mouent. ut cũ aliq̄ de prima materia cœterisq; a sensu remotis speculamur: Intelligimus enim illa: nec tamen

mouent nos adintelligendum
ipsa· Q uedam uero & mouent
et terminant: ut obiecta exteri
ores sensus: Mouet enim color
uisum. visionemq. terminat t:
Creaturę certo scientiam di ter
minant. Intelliguntur enim a
deo. nec tamen ex ipis mouenti
bus diuina profluit scientia· Es
sentia enim diuina ex duodeci
mo libro methaphisice. proseq.:
ac pro omnibus diuinum Intel
lectum mouet: eo genere moti
onis· quem comprehendere ne
quimus· Scientia igitur di rer
causa non quia efficiat: sed qa
ante omnem earum actum est

dici solet · Q. uecunq, enim neces
sario precedunt : cause extenso
nomine dici possunt · At, proprio
modo quo causa influit efficitq,
scientia causa uocari non potest ·
Voluntas igitur est omnium re
rum motionumq, prima causa
In homine quoq, animaliū hu
manarumq, virium: Voluntas
igitur & orbi · uoluntas et hoī
dominatrix dicenda: Ipsa itaq, ut im
perium obtineat opus est: Octa=
uianus: Maxime sunt he qui·
bus compellor Rationes;

Q. HOMO · MAGIS · DISTET ·
A BELVIS · VOLVNTATE Q.
INTELLECTV · VOLVNTAS Q.

EA·RATIONE·SIT·PRÆSTANTIOR·CAPITULU·XIII

: Federicus :-

[redacted]IXERAS diu est: quo homo Beluis prestat mag. eo et nobilior sit. hoc dato: Apponam id esse non intellectum sed uoluntatem: Voluntate nãq; minus conuenit cum eis q Ratione. Omne enim animal cognoscit: Cognitio quoq; Genus est ad rationis sensusq; notitiã: Intellectus igitur cum sensu sb eodem genere cadit: Vocantur enim omnes potentie apprehẽsiue: Suntq; cuncte naturales causæ: At sola uoluntas ab eis

quouis eis comuni gene differt
Sola q; econtra diuiditur. Vocat
q; agens aproposito siue liberum:
Vnde ita quoq; argue possumus.
Ea que sub uno diuisionis cadūt
mēbro magis conueniunt int
sese: q̄ cum quouis alterius mē
bro diuisi: Magis enim sensibile
cum altero quouis sensibili cō
uenit: q̄ cum insensibili quo
cunq;. Sed ex secundo de audi
tu phisico. Agens bifariam par
titur: In Naturale: & liberum.
Sola uero uoluntas ex se libera
est. Ratio non magis q̄ uisus:
homo itaq; per intellectum agit
natura; sicut & per sensū. Sola

uoluntate tanq̃ libero agente
abeluis potissime distat: Quo
uero magis distat. eo magis est
homo: Maxime igitur id erit
nobile: quo maxime a uilioribꝫ
remouetur. Voluntas itaq; cū i
maxime homo uideatur: presta
bilissimum quid in homine sit
fatendum est: Octauianus: A
ristoteles plerisq; in locis mentē
ait maxime hominem esse: ea
q; de re et nobilissimum eorū:
que in nobis sunt. Nono enim
ethicorum ita ait. Est enim i
boni uiri bonum agere: ex sui
ipsius gratia. Mentis enim cā/
que qdem unusquisq; ēē uidet̃

Decimo quoq; . Quod enim est natura cuiq; Proprium: id optimum cuiq; & iocundissimu est: Et homini igitur ea uita: que ab ipsa proficiscitur mente. Siquidem: maxime hoc est ho; Federicus: Mentem philosoph? totam intellectiuam animam uocat cuius he sunt due potentie. Voluntas & Ratio. Vnde quia mens pro ratione sepissime capitur: se non ita capere ostendit Decimo libro inquens. Et si foelicitas operatio est proflurens per uirtutem: Consentaneum est Rationi ut sit ea operatio que per optimam pro

ficiscitur hoc autem eius erit
profecto quod est prestabilissimū
atq; optimum: Siue igitur mēs
sit hoc siue aliquid aliud quod
quidem natura dominari ui
detur ac imperare: At uolūtas
est illa quę precipit naturaq;
dominatur: Indistincte itaq;
& absq; delectu: utramq; poten
tiam mentis uocabulo comp̄
hendit: De sapientie certo com
templationisq; Ratione ac ge
nerositate post hac dicemus:
Octauianus: Voluntas quoq;
appetitus quidam dici solet q
aliis quoq; cunctis inē rebus:
Erat igitur uoluntati appetitus

Genus· Est namq; uoluntas eius
animę quę intelligit appetitus
At qui lapidibus quoq; Brutis.
Vnicuiq; etiam naturę appeti
tus alicuius inest;

QVID·SIT·VOLVNTAS·ET
QVALITER·AB·APPETITV
DIFERT·CAPITVLVM·TER
CIVMDECIMVM: Federicus:-

[redacted]NIMA Octauiane quā.
Deo infundente habem⁹
ueluti & queuis alia natura i:
appetitum illum naturalem
qui omnem consequitur tem.
obtinet: Estq; ille appetitus i
vis quędam siue inclinatio i
nature ad omnem sui perfecti·

onem: hoc appetitu omnem per
fectionem intellectui possibilē:
Similiter et uoluntati experi
mus · Eo ipso anima tāq̄ suo
perfectibili semper uniri cōpi
cupit · Isto appetitu paulus di
cebat · nolumus expoliari · sed
superuestiri · hoc appetitu ne
cessario ferimur: ducimur: a
gimur: hic est ille de quo san
ctus Thomas ait: Voluntas i
ut natura necessario fertur
in ultimum finem: siue in sū
mum bonum: Vocat enim i
comuni modo omnem appe
titum uoluntatem: Sūt enim
in uulgu ambigua: hec nōia

inuoluta: atq; confusa: Ast n̄ra
hec uoluntas de qua disputam⁹
nulla in conditione cum appe
titu dicto conuenit: Neq; .N.
est naturalis potentia: neq; in
clinatio quedam: nisi forsan i
mediante actu quem libere e
licit: Imperando & iubendo ī
clinet: Estq; quo desyderamus
frequenter opposita illi appetitui:
Voluntate enim libera nō ap
petitu naturali dicebat Paulu⁹
Cupio dissolui et esse cum chri
sto: & ut breui congeram plu
rima hac fit omnis electio i
hac enim Martires illi subde
bant se doloribus et neci hac i

uiri fortes adsiscunt sibi potius mortem: q̄ turpem degere uitam. Vnde uoluntas nil aliud est q̄ vis quedam anime adeo in nobis create qua liberi operationumq; nostrarum domini sumus: At coetere Res ueluti nec libertatem sic nec hanc quidem: qua quisq; liber ē habent potentiam. neq; itaq; uoluntatem. Vnde que uolumus non proprie appetere dici debemus: cum appetere vim quandam qua ducimur necessario designet: Sitq; ea ipsa inclinatio innata: Neq; est ulla cuius operatio: Sed Doctissimi uiri uulgo

consentientes. Velle beluas et reliquas res insensibiles sepe dicunt: Similiter et hominem uoluntate appetere: Sed homo desyderare uel forsan cupere quam uoluntate dici potest appetere solum illa inclinatione qua appetit id quod sibi est natura perfectum dicendus est: Veluti graue centrum: leue circunferentiam: Appetitus itaque omnis sub eodem genere cum potentiis apprehensiuis cadit: Sunt enim natura agentia. Voluntas una ex altera parte manet: Agensque liberum uocitatur: habetque quandam pertinentem cum appetitu

concordiam. Sed intellectus et
cum appetitu maiorem uidet͂
habere conuenientiam ex quo
una cum ipso libero agenti con
diuiditur. Maxime igitur eo
erit homo nobilis quo minus
cum brutis conuenit. Dictum
est autem id esse uoluntatem:
Octauianus: Hec sunt fortissi
ma. Pulcherrimeq. argumenta.
que mentem meam maxime
afficiunt ueritatis Gaudio;

RATIONE · COMISSIONIS
ET · MERITI · HIC · PATET · VO
LVNTATATIS · PRESTAN
TIA · ET QVOMODO · VOLVN
TAS · NON · SVBICITVR · IN

TELLECTVI · CAPITVLVM
QVARTVM DECIMVM · Fede
ricus :

[redacted] IDEAMVS diligenter i
cuncta · Is certo · cui de
us · cui natura · cui Rex · aut
res publica ceteros committit : i
superior his qui sibi committun
tur sit oportet · Quis uero ig
rat deum ipsi omnes uires i
alias commisisse uoluntati ? om
nia enim consilia · omnis per
suasio · omne praeceptum vo
luntati fit · quis enim est · qui
umquam dixerit oculo non inspici
as · aut manui non capias · aut
intellectui cogites hoc · illud uero

minime. Quid enim Respon
derent preterquam ut Sanctissimi
Anselmi utar sententia: Domi
nam habemus huic sumus co
missi: Regina est. nisi ipsa mo
ueat: nisi iubeat nil possumus.
Vnde et deus ita precipit: Dili
ges dominum deum tuum: ex
toto corde: ex tota mente: ex
omnibus uiribus tuis: Volun
tati dicitur. Honora patrem
tuum. & matrem: Sibi dicitur
non occides: Non mechaberis.
Mens igitur et omnes vires
comisse sunt uoluntatis nu
tibus. Cuius uero nutus dei i
Maiorumque nutibus obtempe

tate debent. Inueni itaq; uolun
tatem subiici uoluntati. At uolū
tatem non uoluntati subdi aut
subesse est impossibile. Potest quis
piam etiam ita arguere: Ea potē
tia qua meretur homo: aut deme
retur est aliis superior: Sed certo
id uoluntate fit: Nullus enim i
nolens aut peccat: aut meretur:
Solaq; uoluntas peccare & mere
ri potest: At nulla ceterarum vi
rium absq; uoluntate. Vnde nec
laude aut probro: in his quae i
preter nostram fiunt uolūtatem
afficimur: nisi interdum forsan
per accidens. Vt cum nolentes i
quippiam efficimus: cuius causam

uoluimus: aut nolle poteramus. Veluti is qui ebrius quempiam percutit: Nolens quidem id agit: sed uoluit. aut certo non potuit i nolle, tantum uini sumere. Voluntas igitur est omnium Motionum nostrarum Regina: Octauianus Attuleram diu est voluntatem subiici Rationi atq; i obedire. quia doctore etiam sublimi teste. Intellectu dirigit' voluntas: eiq, conformatur ipsa i. Vnde et regulat eam atq, ordiat: neq, ut dixi. Schola subtilis huic opinioni aduersatur. Dixisti tam paulo ante: uoluntatem nullo pacto subiici posse. cuipiam n forsan

uoluntati: Federicus: Dixi quidem: atq; id recte: Est uero uoluntas: que superiorem ignorat: ut illa quae dei: Est & alia quae illi parere debet, ut nostra! Atq; illa quae Angelorum: Intellectui neq; prima: neq; sequentium ulla subiicitur: At rationi dicitur subdi uolūtas. Sed bifariam ratio summi potest. Pro ipa vi ratiocinandi: Aut pro eis ipsis rebus de quibus Ratiocinamur. Cum enim dicimus proximo non esse inferendam calumniam Id ita persuademus: Nil diuine legi aut uoluntati contrarium fieri debet: omnem uero calumniam contrariā esse

suę uoluntati· Nulla itaq; faciē
da est proximo calumnia: Bona
utiq; Ratio talis dici solet: Et hu
ic rationi voluntas humana pa
rere debet: hęc uero ratio non
est intellectus ipse: Sed diuina
uoluntas· Intellectus itaq; agno
scit q; humana uoluntas subēē
debet diuinę: Idq; scire ad ipsū
attinet· Est itaq; maximum id
Sophisma intellectus scit uolū
tatem hanc subiici debere atq;
conformari primę uoluntati
igitur voluntas hęc subiicitur
intellectui: atq; conformatur:
Veluti si dicerem scio te subiici
Regi· igitur mihi subdē: Deniq;

ipse intellectus est vis quedam
qua solum intelligimus: In quo
igitur sibi conformari uolūtas
poterit? An forsam ut ītelligat:
Sed id fieri nequit. Cum itaq;
Doctor sublimis dicit ut intelle-
ctui conformetur: ab eoq; diri-
gatur uoluntas: id ita intellige-
dum: ut conformetur ei cui ra-
tio agnoscit debere conformari:
Eodem modo ut Regulari uelit:
Regi atq; ordinari Ab illa uolū-
tate: Que est prima omnium
contingentium Regula: Neq;
ratio edicit hoc ē iubet. ut sic faci-
at: sed solum uolentibus nobis
quod uerum est scire: ipse intel

lectus dicit. atq; agnoscit se ita
uidere: Dirigit itaq; hoc est cum
quid uolendum sit querimus:
Id uolendum ostendit: ex eo quod
uel diuina uoluntate uel Maio
rum statuto ita decretum sit:
Est itaq; non princeps huius Re
gni Intellectus. sed speculator quo
dam: qui Imperatori exercitus
quid amici: quidue hostes mo
liantur insinuat: Atq; nuntius
quidam voluntatis dici potest.
Vnde illorum uoluntas qui no
lunt. ut sciat quid faciundum
peruersa est. Qui uero cupiunt.
eorum bona est atq; optima uolun
tas: non quia conformatur intel

lectui : sed quia ei cui ipse nouit
conformandum esse. Eam obrē
&. Satyrus ille obiurgat eos ipsos
homines qui suam uoluntatem
Maiorum deorumq; uoluntati
subiicere non curabant: Ita inq
ens. Hoc uolo: Sic iubeo: sitq; pro
Ratione uoluntas: Id est habent
suam uoluntatem pro Prima ra
tione : Primaq; Regula. Quod ꝓ
phanum esse liquet. Vnde et The
ologi : post multociens replicatā
questionem cur aliquid sit: hāc
ultimam ponunt rationem: Qa
deo placuit : Aut quia sic ipse uo
luit : hanc Rationem alia qua
uis ratione carere aiunt. Hec

uraq. ut ex multis concludam ē
illa ratio. cui uoluntas confor-
mari cui parere debet: Neq. ullꝰ
tante ruditatis erit: qui secus
uel cogitare poterit: nisi praue
uoluntatis ducatur affectu: Que
si hoc iuberet praua utiq. esset
quia nollet intelligi. Id quod bo
num est nosse. Qua re intellec-
tus uoluntati inseruit: At vo-
luntati solum uoluntas inservi-
re ualebit: Octauianus: Sum
mopere oblector. tam pulchram
rationis distinctionem: Hei q̄
plurimi distinguendi imperi
na vilissimo quoquo capiun-
tur argumento;

EX·PARTE·GRATIAE·SPEI·
ET·CARITATIS·VOLUNTATIS
PROBATUR·DIGNITAS·CA-
PITULUM·QUINTUMDECI-
MUM: Federicus

[redacted] RATIA dei que Aposto
lo teste est uita æterna:
Absq; cuius suffragio non suffici
mus quicq̄ uel cogitare: Qua
sola lucis æterne filii ab eis q
Tenebrarum sunt discernūtur
preclarissima quedam Res est:
At ipsa si in aliqua animę potē
tia ponitur in uoluntate pro
fecto ut ponatur arbitrantur.
omnes· Neq; hic discutiendum
est an essentiam animæ siue

potentiam perficiat· Ostensum enim aplerisq; extat: eam non posse nisi mediante potentia v niri anime· Ea uero potentia ē uoluntas· Sed in presenti id sat est nobis: q2 illi quoq; qui ponu nt eam in anime essentia: si po nerent eam in quapiam poten tia: In uoluntate utiq; ponerent: Fuit enim quidam qui sic egit Verum fuit qui eam in ratiōe poneret nemo dignissima uero res in excellentissima est ponē da potentia: hec autem est vo luntas ipa· Tris deniq; theologi precipuas ponunt uirtutes· Fi dem· Spem: caritatem: Suntq;

omnes

omnes fere uoluntatis: De spe ⁊
atq; caritate: id constat. At fides
absq; uoluntate ad actum suũ
non progreditur. Cum enim ut
ait Apostolus sit substantia spe
randarum rerum: argumentũ
non apparentum: Speranda uõ
credere & argumentis non appa
rentibus moueri: ipsi rationi ex
sese impossibile est: Sunt enim ⁊
intellectui eiusmodi neutra: sed
id quod neutrum apparet: Id est
neq; uerum: neq; fallsum: mente
quoq; neutram reddit: neq; ad
illam flectit partem: Enimuero
propter spem que promittitur
imperat intellectui uoluntas

ut ei parti sese coniungat: que
a tam magna pollicente dicitur
ēē uera. Constat igitur nos nil
credere posse nisi applicemur
imo quasi vi ducamur ab ipsa
cui premia promittuntur uo
luntate. Credimus enim plera
q; quorum opposita magis mē
tem mouent: Quod sine uolunta
tis magno conatu fieri nō pōt.
Vnde et Saluator exprobrauit
incredulitatem Apostolorū &
duritiam cordis hoc est uolun
tatis. Et euntibus in Emaus:
O stulti ait & tardi corde ad cre
dendum: Sed in sacra scriptura
cordis nomine uoluntas intel

ligatur. Fidei igitur actus a uo
luntatis iussu magna in parte
dependet. Ex his constat & sub
iectio ipsa rationis et dependen
tia: Quibus uoluntas redditur
sublimior. Enimuero quid de
caritate ipsa que a quibusdam
Deus ipse: Ab omnibus uero Ma
ximum donum dei dici solet
dicendum? Non ne hoc ipso
dono excellentissimo moueri
debemus in uoluntatis presta
tiam? Non ne ipsa est forma &
radix omnium virtutum? Fi
desq; absq; ea informis ac omnis
alia uirtus dici consueuit: Ab
surdum certe atq; prophanum

est ut quis dicat fidem nobiliorē
esse caritate hic habita: Cũ enim
caritas est forma fidei & radix
omnium uirtutum: cur utiq;
caritatem preponit Apostolus &
fidei omnibusq; Rebus cum ait.
et si distribuero omnes facultates
meas in cibos pauperum: Atq; &
si tradidero corpus meum; ita ut
ardeam: caritatem autem non
habuero nihil sum: Loquitur igitur
etiam de caritate presenti: hec .n.
que dicit fieri non possunt nisi
hac in qua sumus uita. Non lon
ge itaq; ab heretico distabit: Qui
Fidem caritati preponere uolue
rit. Et quia Res admodū trita

est · Sufficiat : Octauus habitus igitur uoluntatis ipsa caritas i nobilissima preciosissima res ui detur · omniq; Sapientia prestan tior · Ait enim Apostolus · Et si habuero omnem scientiam · & nouerim mysteria omnia : Fidesq; non sine uoluntate est : Spes deniq; in ipsa est · Quid restat nisi ut iam me uinci his rati onibus ostendam : Eram huiusce opinionis antea : Sed iam his argumentis fortius (ueluti bos lassus) fingam pedem · Verum si quis ita argueret · Lumen glo rie : (que est cognitio clara) no = bilius est : quauis caritate siue

vię: suue patriæ. Perfectius qui
ppe est id quod non compatit᷑
secum ullam imperfectionem: q
eo quod compatitur. At caritas
comunis est uiatori subiecto
innumeris miseriis. et illi qui
beatus iam est: cuiq; nulla mi-
seria iungitur: lumen Gloriæ
non potest cuiq; calamitati ad
iungi ob grandem sui perfectio
nem: Federicus: Doctor is quē
subtilem uocitamus ita: Octa-
uianus: Ipse profecto diceretem:
Delectum ponendo intellum̄
glorię: & lumen nil addendo:
lumen quippe suue cognitio/ēt
dei compatitur plurimas cala-

mitates. Sed glorie cognitio nõ
potest: Ita neq; caritas e gloriæ: s;
bene caritas In christo tamen
uiatore: et uisio & caritas non
sine calamitate eãt: Federicus:
Adde q Stephanus morti subie-
ctus uidit Iesum adextris pa-
tris: et Paulus captus est usq;
ad tercium coelum: et diuus
ille hieronymus testatur inter
maximas poenas. Sanctissimã
Trinitatem se tandem uidisse a
pertius: Octauianus: Minorẽ
doctorum posse uideri deũ absq;
ulla Beatitudine astruit: Velu
ti cruciatui æterno mancipan-
di In die forsan Iudicii contem-

plabuntur. Neq; puto aliquid i
superuacantie addam eiuſdem
rationis eſſe patrię caritatem &
uię: Sed ueluti cognitio alio mo
uente ſeparatur ab illa quę pro
pria uirtute obiecti habetur &
cognoſcitur non in genere quodā.
ſed propria ſub ratione: Ita et a
lia erit uoluntatis operatio erga
obiectum ipſum prius uoluntate
q; ſub propria Ratione mouens.
Sed de hoc alias;

OSTENDITVR HIC NIL BO
NI NILQVE PRAECLARI ES
SE IN REBVS SI NVSQVAM
VLLA SIT VOLVNTAS CAPIT
VLVM XVI^um^. Federicus:

RVDES quidam et ignaui homines preclare vir Octauiane: Fraterque dulcissime qui ex se se ad nullam prorsus rem apti sunt: Aliorum solum dictis et sententiis mouentur: At non quidem dicta sed rationem dicentis inspicere solertioris profecto est hominis: In eis itaque ipsis Rebus quarum scientia haberi potest nullius nos frangat Immo ne Platonis quidem autoritas. Quo itaque dicens moueatur: id an iure recto moueat semper inspectandum est: Sunt namque quos minima quequam ratiuncula mouet: Qui aranearum ut ita dix-

erim telis capiuntur atq; illigā
tur. Ast illi qui animo alto firme
noq; existunt: atq; forti. non ūt
ulla que rumpi: queue ligare ua
lent. Veritas itaq; semper in amo
re prestat. Vide quid afferre tem
ptabo. Voluntatis obiectum q̄
uis idem (cum Ioanne subtili i
sentio) sit quod & intellectus. Ve
rumq; ipsum atq; Bonum Re
spectus quosdam esse entiū ad
intellectum atq; uoluntatem pu
tem. Res enim quelibet et intel
ligi potest: & amari. Veritas. N.
nil aliud est. preterq̄ similitudo
siue conformatio intellectus ad
rem. Omne itaq; quod est: uerū

dici solet : quia sicuti sunt ita &
intelligi possunt. Sic et omnia ł
bona sunt quia amabilia uniu
sa. Referetur igitur ad amantē
amabile. sicuti cognoscibile ad
cognoscentem. Enimuero pona
tur nullam esse vim quę ama
te possit : nulla erit utiq; Rei
cuiuspiam ad uoluntatem Re
latio. Ad id enim quod nullo ł
pacto est : nulla fit unq̄ relatio
realis : Nil itaq; amabile rema
neat. Entia uero sunt & uera.
Atq; omnes uires et potentię illa
quę amat dempta : Quę uero tum
ex te sit nec ne quicq̄ perfectū
aut pręclarum in rebus. Siquid

affirmatis: affirmabis & bonū e
ce. Diximus autem id non esse:
Omne enim perfectum omneq;
prestans ac preclarum bonum i
quoddam est: Neq; fieri potest ul
la comparatio in nobilitate. nisi
ratione bonitatis. Omne enim
nobile bonum: & omne idcirco
nobilius. quia melius. Si uero
id negaris: Fiet quod exquiro:
Dempta enim Rebus bonitate:
Admittitur omnis nobilitas & pre
stantia aut perfectio: Quorsum
hec? Ut agnoscamus intellectū
ipsum: non modo nobiliorē non
esse uoluntate: sed omnem que
cunq; sit illa prestantiam suscipe:

ex relatione ad uoluntatem: Neq.
testis abest Aristoteles qui cum
quippiam preferre conat̃ alteri:
ea ut plurimum utitur ratione
quia hoc magis amabile & expe
tibile est: Ac si diceret. Quo quep
piam res expetibilior: eo nobili
or: Igitur que nihil expetibilitat̃:
nihil profecto generositatis habet:
Neq. prouerbium id est omnino
expers ueritatis quo dicimus:
Non ea que sunt sed ea quę placent
pulchra et bona esse. Est uero id
dictum de inordinato amore. In
nuitur autem per hoc ut omne
tantum sit pulchrum & pręstãs
quantum est bonũ ac expetibile

Vnde uoluntas maxime est ho
mo: Quicquid enim ad nos re
ferimus id & ad uoluntatem
refertur: atq. econtra. Omnis i
enim ars: omnis scientia atq.
doctrina hominem perficit ex
eo quod bona est: Et intantum que
ritur: inquantum bona est: &
eo ipso expetitur atq. amatur:
Sola igitur uoluntas est illa cu
ius Respectu cuncte coetere po
tentie & nobiles: & prestantio
res ad inuicem dici possunt: Cu
ius uero respectu nobilis quis
piam est: is simpliciter euiusmo
di sit oportet: Octauianus: Om-
nium Principum decus: omniu

certo et sapientum gloria Inuicte Federice. Vnde hec tanta scientie claritas (Proh Rector omnibus) humano Ingenio? Demonstrasti profecto omnibus seculis hoc nouo ueroque argumento uoluntatis celsitudinem. Quis enim huic tam aperte tamque lucide Rationi non submittet ceruicem? Nil enim utique amabile: nisi quod bonum. Nil nobile aut egregium: nisi quia melius & amabilius: At omnia hec ad uoluntatem referuntur. Ex his id recte quidem perspicio cur una queque potentia sit nobilis: ea quippe de re qua uoluntati

deseruit. Idq; aut mediate. aut
īmediate: Cur preterea una sit i
nobilior altera ut uisus auditu:
Quia magis uoluntati grata. Vñ
et philosophus ipse in prohoemio
Methaphisice nobilitatem eius
extollit eo quod ipsum uidere ma
xime expetimus. Sic deniq; i
contemplationem ipām effert
ex eo q eam per se ac propter se
amamus. Vt ait Decimo libro
Magnorum moralium: Sed id
unum quod multo tempore du
bitaui: ut discutiamus cupio:
Possit nec ne uoluntas ferri ī ali
quid uisu apprehensum aut q
piam alio sensu an solum in ea

fertur

fertur quae Ratio quopiam mo
do prenouit;

QVOLVNTAS · OPERARI · PO-
TEST · CIRCA · QVODCVNQ;
SINGVLARE · QVOMODOC-
VNQVE · DICATVR · COGNI
TVM · CAPITVLVM · DECIM-
VM SEPTIMV: Federicus :—

[redacted] RDVA EST ista questio:
neq; iuuat multum hu
ic presenti considerationi · Que
tamen experimur in primis af
feram · Videmus quippe nos a-
mare sueroq; actu uoluntatis fer
ri in quodcunq; singulare · Cnim
uero aiunt comuniter Sensum
tantum esse singularium · Q quidem

si ita sit experimurq; erga ea ĩpa
uoluntatis liberum actum Vt
eliciat suum actum erga obiec
tum singulare: Quod non est in
ĩpo intellectu oportebit: Octauia-
nus: Dicerent forsam eam esse
concupiscibilem potentiã quae
insensitiua est: Federicus: Qui
cunq; inspexerit mulierem ad cõ
cupiscendum eam ait: ueritas
iam mechatus est eam in corde
suo: Cordis uero nomine uolun
tas accipitur. Neq; ullus actus
humanus: nisi uoluntatis actui
iungatur cuiq̃ culpe aut uitu
perio obnoxius dicitur: Mecha
tur igitur homo in corde suo hãc

singularem mulierem: non eam que in comuni. Vnde & Amor noster circa singularia magis u satur: q̄ circa Abstracta. sed hec sunt in sensu. Precipitur prete rea ut diligamus proximum & fratrem quem uidemus: Et ita singularem: Circa singularia ig͞ fit uoluntatis operatio: Octaui anus: Aiunt ut quadam flexa linea id fiat. Cognoscit enim eo modo intellectus singularia: & ita et uoluntas amare potest:: Federicus: Nolunt hi ut sub ra tione qua singulare quicq̄ No scat intellectus. At uoluntas po tius est huius finis q̄ finis: &

eliqit non media sed hec media:
Neq; uideo que sit ibi flexio: Ami
citia quoq; est huius ad hunc: Nō
quidem amicus quisq̄ diciturꝛ
hominis in comuni: sed huius
hominis primum: Deiñ hominis.
atq; animalis: Idq; patet ex omni
bus que amorem ipsum sequūt.
Fit enim unio horum hominū
& mutuus amor inter istos est::
Octauianus: Quis igitur ordo
daretur potentiatum: Federicus:
Voluntas nullam ut omnes aiunt
suscipit in se qua moueatur speciē:
Sed in omnem Rem quoq̄ modo
precognitam fertur. Ecce enim
Animaduerte. Si quicq̄ remisse

uidemus: Imperat uoluntas vt clarius inspiciat oculus aut vt omnino desistat: Similiter de aliis potentiis tam appetitiuis q̄ apprehensiuis. Voluntas igitur ē omni cognitioni immediata: S; ipse potentie sunt uario modo in cognitione diuerse: Omne igitur quocunq; sensu apprehensum: & cognitum presens est sufficientissime uoluntati: & erga illud potest uoluntas elicere amoris actum: Quando enim visus hanc pulchram aspicit picturam: & uidet eam: Quero an homo eā videat: Dices equidem ut ea sit operatio hominis: Cur igitur homo

potest tantum di
liger quoquo
modo cognita

qui hanc picturam agnoscit nō
poterit erga eam elicere amorē
ex quo sequetur voluptas: Vn̄
q̄uis homo non possit amare
incognita. Neq. ullam rationē
huic experimento euidentissi
mo obstare conspitio: Omnes i
enim sunt hominis potentiæ:
Quid itaq. facit homini ut nō
possit id quod uidet uelle. Om̄s
itaq. potentię cognitiuę. ad id
ordinatę sunt: ut obiecta faciāt
uoluntati presentia: Et ita suę
seruitutis Iugo cunctę sūt sub
missę. Alterum igitur duorū
sit oportet: Aut q. uoluntas pōꝰ
quamlibet cognitionem possit

exire ad actum erga cognitum: Aut certo: ut omnium singularium sit intellectus apprehensiuus: si uoluntas non possit nisi que sint preintellecta diligere. Atq; ita intellectus differret a sensu non quia non sit Singulorum. Sed quia est ultra hec etiam vniuersalium siue comunium. Consentaneum quoq; esset Rationi: ut intellectus possit omnia que vires inferiores sibi q; addat. Atq; ut anima illa que inmortalis est contineat virtutes omnes quodam eminentiori modo anime illius que sentit: Neq; ex eo ulla sequeretur imperfectio vt quidam

opinantur propter quandā materialitatem: Deus enim atq; oīa materie abstracte substantiæ singula norunt. At ut hec preteream mihi alterum sat est ut intellectus sit omnium uel saltem ut uoluntas in omne ferri ualeat cognitum. Quorū alterum sit omnino demonstrari ad unquem pōt:: Octauianus: Necesse est ita ut dicis ēē:: Federicus: Sed hec obmittenda sūt in presenti;

RATIONES· QVIBVS· CONTEMPLATIONEM· EFERT· PHILOSOPHVS· OMNES· AD· VOLVNTATEM· REFER-

RI · HIC · APERTIVS · OSTEN
DITVR · CAPITVLVM · DECI
MVM OCTAVVM: Octauianus:

[redacted]ONTEMPLATIO illa in
qua prius Summum bo
num colocasse uidetur · que chri
sti quoque Saluatoris Testimonio
est optima pars in ipso quidem
intellectu est. virtutes uero mo·
rales : que ad uoluntatem spectant
non sunt ipsa contemplatione
ut placet omnibus prestantiores·
Alterum quo moueor est id cur
Aristoteles intellectum ipsum
ad sydera usque semper efferendo:
de uoluntatis prestantia nunquam
uel minimam fecit mentionem

Mirum est enim ut de tanta sublimitate eius nil unq dixerit. Federicus: Ad alterum quo mo uere primum dicam: Diximus pauloante nullam omnino esse in potentiis prestantiam nisi pro ut referuntur ad voluntatem. R udis autem atq; omnino ignari hominis est ea conferre inter sese quorum alterum suapte natura prestans est. Alterum uero ex comparatione ad illud: Neq; Aristoteles conticuit uoluntatis nobilitatem cum uti diximus alia probat ex eo preclariora: quia expetibiliora sunt: Octauianus: Inte igitur manifestissima con-

terimus inutiliter tempus::
Federicus: Continget nobis qđ
& ipsi Aristoteli de quarto libro
diuine scientię Conatur enim
pro uiribus Primi principii ue
ritatem ostendere negantibus:
Neq; tamen ulla est quę cōplexa
dicitur ueritas quin ex illa ali
quo modo dependeat prima ve
ritate. Sic sic nimirum & nost
hic tam prolixus sermo: in re
posteris facillima laborat: Oc
tauianus: Iam de eo quod pri
mo loco posui: Federicus: Quas
ob res contemplationem ipam
omnibus prefert rebus huma
nis Aristoles queso diligenter

accurateq; animaduerte: Afferet
enim in eo ipso libro complures
rationes singulas precor inspice.
Mens quippe ait est optimum
eorum que nobis insunt. Bonū
nanq; melius optimumq; uelu
ti obiecta. aut certo eorum respe
ctus ad uoluntatem ut diximus
referuntur: Optima igitur est
mens: hoc est maxime amabi
lis preclarissima est Mens: id est
uoluntati gratissima: Summe
enim preclarum: optimum est.
Quod uero optimum id amore i
dignissimum: vniuersis nempe
potentiis intellectus magis ex
petitur. Vide iam q ipse phs nō

distinguit uoluntatem ab hoie
sicut coeteras potentias remo
tas. Optimus namq. nobis est i
tellectus: hoc est summe amabi
lis: Nil uero nobis amabile: qd
non & uoluntati: Nos enim uo
luntate diligimus: Quicqd igit
nobis optimum: Id uoluntatis
ratione dicitur: Nulla enim i
uoluntate existente in nobis
omnino nulla utiq. Res aut
bona nobis aut optima foret: i
Addit & alteram rationem. Ea
circa que mens uersatur sunt
omnium que sub cognitione
cadunt prestabilissima/hec Ra
tio precedentē clariorem reddit:

Cur enim inter omnes potentias
nobilior mens. Quia eius cogni
tio uersatur erga prestabilissima:
cognitione enim fiunt nostrę i
voluntati omnia presentia: Deus
quoq; ipse cognitus summe ama
tur. prestabilissima itaq; obiecta
presentantur ipsa mente uolū
tati: Prestabilissima quippe sūt
optima ut diximus: Admodum
igitur nobilis ipsa mens: quia i
nobilissimo modo uoluntati īse
ruit nostrę: Affert enim erga q̄
sūmus amor elici ualet: Tercia i
eius Ratio talis est. Insuper con
tinua maxime: nam contem
plari magis continue q̄ agere.

quod uis possumus. Ac si diceret. Continue quod ames absq; distractione optimum est: Eiuscemodi uero est ipsa contemplatio: Nobilis igitur in comparatiõe ad uoluntatem. Quartam Rationem talem addit. Propter maximas: mirabilesq; uoluptates: que ab ipsa sapientia prodeunt: Ipsa namq; philosophia: tum puritate: tum firmitate: mirabiles voluptates habẽ videtur: hec ipse. Voluptas amorem uoluntatis actũ sequitũ: & eo redditur intensior q̃ uehementiore ab amore profluit: Amor autem optime rei forti

ssimus est: Rem autem optimā
mens contemplando presentem
tenet. Et ea contemplatio sapiā
est. Contemplari igitur nil aliud
est. q̄ firmum tenere summum
bonum ut continue amari pos
sit: Quare & p̄hus Sapientiæ A
micus dici solet. Amat enim id
quod mens contemplatur: Vo
luntatis igitur respectu cūcta
hec celsitudinem quandā sor
tiuntur. Quinto quoq; loco ad
iungit. Virtutes morales magis
indigent his que ad uitam sūt
necessaria. q̄ contemplatiuus:
Ac si dicat. Eo quo minor cura
uoluntati datur si bonum sit

equc ut

